UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Patricio episcopo. Cap[itulum]. cciiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Matrona martyr apd̄
theſſalonicam paſſa eſt. Hec reli-
gione chriſtiana cum eſſet ancil-
la plautille vidue gentilis: chri-
ſtum occulte adorabat. Et cum a
dn̄a ſua deprehenſa eſſet in eccleſia xp̄ianorum
ab eadem in ſcāno ligatur ꝛ crudeliter flagel-
latur: dieqꝫ ꝛ nocte integra incluſa ꝛ vincta di-
mittitur. Sed dum noctu diuinitꝰ ſoluta ꝛ clau
ſis ianuis educta eſſet: ad eccleſiā rediit ꝛ deo
gratias egit. Quē iterum ibidē repertam dn̄a
ſua iterum ip̄am in ſcāno vinxit ꝛ crudelius fla
gellauit: triduo quoqꝫ ſine cibo recluſam dimi-
ſit. Illa v̄o iterum diuinitus ſoluta educitur: ꝛ
in eccleſia orans a dn̄a ſua tertio reperit. Que
tertio ab eadem ligatur: ꝛ loris duriſſimis tam
diu cedit: donec ſpiritū exhalauit. Que paſſa
eſt idibus martij. Hec ado.

De ſanctis Ilaro ep̄o ꝛ Tatiano
martyribus. Cap̄. cciij.

Ilarus ep̄s et tatia
nus diaconus apud aquileiam
paſſi ſunt tempore Numeriani
imperatoris. Beatus enim Ila
rus ab infantia xp̄ianꝰ ſacris
litteris eruditus ad diaconatꝰ
ordinem: deinde ad pōtificatum aquileien̄. ec-
cleſie a populo promotus eſt. Qui eius diſcipu
lum nomine tatianū ſibi archidiaconē cōſtituit
cum quo in xp̄i fide ppl'm admonebat. Cū autē
ab imperatore numeriano chriſtianorum perſe
cutio excitata fuiſſet: ꝛ quidam beronius pre-
ſes aquileie chriſtianos ad ſacrificia coartaret
ad ſuggeſtionem cuiuſdam ſacerdotis idolorū
nomine monophanti fecit ilarum epiſcopum
chriſtianorum detineri: ꝛ ad templum idolorū
adduci: vt ibi dijs thura imponeret. Quem ſa-
crificare nolētem iuſſit nudatum virgis duriſſi
me cedi. Deinde in equuleo leuari ꝛ vngulis ra
di: adeo vt eius intranea nudarētur. Deinde de
poſitum ex equuleo mandauit dorſum eius car-
bonibus aduri: ꝛ poſt hec acetum ſale permi-
xtum eius vulneribus infundi: ipſaſqꝫ plagas
ex camelorum cilicio confricari. Et cū hec om-
nia pro chriſti nomine patientiſſime toleraſſet:
oratione premiſſa exufflauit in ſimulachra et
mox cuncta in puluerem redacta ſunt. Claman
te quoqꝫ aduerſus illum omni populo pagano-
rum fecit eū preſes in carcerem recludi. Et cū
audiſſet: ꝙ haberet diaconum tatianum: qui ſi-
militer populum a deorū cultura ſubtrahebat
fecit eum teneri: ꝛ deos gentium confutantem
extendi: ꝛ virgis diutius flagellari: ceſum quo
qꝫ vna cum ilaro epiſcopo eodem carcere deti-
neri. Orantibus autem ſanctis nocte illa factū
eſt tonitruum magnum: ita vt fundamenta vr-
bis commota fuiſſent: ꝛ multi paganorum inte
rirent. Templum etiam herculis funditꝰ euer-
ſum eſt. Quod audiens beronius preſes miſſis
ſpiculatoribus fecit gladios in pectora ipſorū
in ipſo carcere trāſfigi. Cū quibus ꝛ alijs tres
chriſtiani in eadem cuſtodia vincti: ſcilicet felix
largus ꝛ dionyſius eodē martyrio necati ſunt.
Quorum corpora noctu a chriſtianis de carce-
re rapta iuxta muros aquileie ciuitatis ſepul-
ta ſunt. xvij. kalen. aprilis.

De ſancto Patricio epiſco-
po. Cap̄. cciiij.

Patricius
epiſcopus apd̄
ſcotiam primꝰ
chriſtum predi
cauit. Qui cū
die quadam ſcothorum regi
de paſſiōe domini aliqua nar-
raret: ꝛ ille deuote intēderet
appodians ſe ſup ferulā quā
manu tenebat: caſu pedi re-
gis ſuperpoſuit: ꝛ cuſpide ferule ipſum perfo-
rauit. Rex v̄o credens epiſcopum hoc ex indu-
ſtria facere ꝛ ſe aliter fidem non poſſe ſuſcipe-
re: niſi talia pro chriſto pateretur: patienter per
tulit. Sanctus v̄o hoc intelligens obſtupuit: ꝛ
regis pedem ſanauit. Hic precibus ſuis toti il
li inſule obtinuit: ꝙ nullum venenoſum animal
ibidem viuere poſſit. Et quod plus eſt etiam li
gna ꝛ coria illius regionis contraria ſunt vene
no. Quidā conuicini ſui ouem furatus fuerat:
ꝛ comederat. Et cū ep̄s pluries furem quicūqꝫ
ille eſſet: exhortatus eſſet: vt furtū redderet:
ꝛ nullus appareret: conueniente omni populo
ad eccleſiam orauit dominum: vt in cuius ven
trem ouis intraſſet: coram omnibꝰ balatum da-
ret: quod ꝛ factum eſt. Et reus penitentiā egit.
Erat autem eius conſuetudo omnes cruces
quas videbat adorare. Cum autem quādā cru-
cem inuiſam preteriſſet: ꝛ a ſuis admonitꝰ cur
non vidiſſet: audiuit vocē de ſub terra cuiuſdā
ibidem ſepulti: dicentis ſe fuiſſe paganum: et
ſigno crucis indignum: ꝛ ideo ipſam non vide-
rat: vnde fecit ipſam abinde tolli. Cum aūt
patricius per hiberniam predicaret: ꝛ fructū
ſibi modicū faceret: rogauit deum: vt ibi aliqd̄
ſignum oſtenderet: per quod territi peniterēt.
Iuſſu igitur domini in quodam loco circulum
magnum cum baculo deſignauit: intra qd̄ ſe ter
ra ſtatim aperuit: ꝛ puteus profundiſſimus ibi
dem apparuit. Reuelatum quoqꝫ fuit ſancto:
ꝙ ibi quidam purgatorij locutꝰ eſſet: in quem
quiſquis vellet deſcendere: alia ſibi penitentia
non reſtaret: nec aliud pro peccatis purgatoriū
ſuſtineret. Pleriqꝫ autem non redirent: ꝛ qui
redirent die naturali integro ibidē moram face
rent. Multi igitur ingrediebant qui de cetero
non reuertebantur. Poſt longū tēpus mor-

tuo patricio: quidā nobilis noīe nicolaus qui
pctā multa cōmiſerat: ad penitētiā deuenit: et
locum ipſum intrare volens diebus octo prece
dentibus: vt omnes faciebāt: ſe ieiunijs mace-
rauit: ⁊ ſic in puteum deſcendit ⁊ oſtium quod
a latere inuenit introiuit: vbi monaſteriū inue-
nit: ⁊ a quibuſdam abbatis in oratorium intro
ducitur officioq̃ peracto: vt conſtans eſſet ad-
monetur: q̄ multa diaboli tentamēta cū ꝑcur-
rere oporteret. Et cū ſe penis affligi ſentiret:
protinꝰ diceret. Jeſu xp̄e fili dei viui miſerea-
ris mihi peccatori. Quibus abeuntibꝰ adſunt
demones: ⁊ vt ſibi obediat primo cū blādis ſer
monibus perſuadent: aſſerentes ꝙ ipſum cuſto
dient: ⁊ ad propria incolumen deducent. Et cū
eis obedire nollet: diuerſarum ferarum terribi
les audiuit voces. Ad que pauefactus verba in
uocationis protulit: ⁊ omnis ille tumultus con
quieuit. Ulterius procedens ⁊ demonibus con
ſentire nolens in ignem maximum proijcitur:
ſed verbis expreſſis ignis extinguitur. Ad lo-
cum alterum veniēs vidit homines viuos igne
aſſari: ⁊ carbonibus vſq̃ ad effuſionem viſcerū
concremari. Et dum nec ſic conſenſiſſet demo-
nijs ab eiſdem ſimili pena torretur: ſed verba
proferens continuo liberatur. ¶ Inde proce-
dens in puteum profundum obſcurum ⁊ feti-
dum deijcitur: dicentibus ſibi demonibus ꝙ il-
le erat infernus: ſed dum verba repetiſſet inde
illeſus educitur. ¶ Poſt hec ad pontem ardu-
um ⁊ lubricum deuenit: ſubter que igneus flu-
uius rapidus currebat. Et dum pontem tranſi
re deſperaret: vnum pedem ponens: verba que
didicerat dixit: deinde alium pedē ponens ipſa
repetiuit: ⁊ ad quālibet pedis mutationem ea
dem iterauit: ⁊ ſic illeſus tranſiuit. Et in quen-
dam pratum amenis ⁊ odoriferis floribus con
ſertum deuenit. Ubi a duobus ſpecioſis iuueni
bus ad quandā ciuitatem auro ⁊ gemmis ful-
gentem adducitur: ⁊ ꝙ illa eſſet paradiſus ſibi
reuelatur. In qua dum ſe admitti oraret: audi
uit ꝙ primo ad ſuos rediret ⁊ poſt dies xxx. in
pace quieſceret ⁊ ſic illuc intraret. Tunc nicola
us inde aſcendens ſupra puteū ſe reſtitutū al-
tero mane repperit: ⁊ que viderat enarrauit: ac
poſt dies xxx. ī pace q̄uit. Dies aūt depoſitio
nis ſancti patricij. xvi. kalen. aprilis celebrat.

¶ De ſancta gertrude virgine. Cap. ccv.

GErtrudis vgo obijt an
no conſtātis imperatoris. xxi. vt dicit
Sigibertus. Hec oriūda fuit de ciui-
tate nigelenſi: vbi ⁊ monaſteriū dn̄arum cōſtru-
xitꝰ: ⁊ ip̄m ſub regulari diſciplina laudabiliter
rexit maxima ſanctitate pollens. Que die obitꝰ
ſui apparuit modeſte abbatiſſe monaſterij tre-
uereñ. ſibi in amicitia coniūcte ante altare bea-
te virginis tunc in oratione proſtrate: eiq̃ ipſa
hora ad xp̄m migraſſe: ⁊ celeſtem patriam in-
troiſſe nūciauit. ¶ Poſt ānos vo. x. ignis exiēs
monaſterium ſancte conſumere videbatur. Sz
tunc ſancta ſupra tectum apparuit ⁊ velum ſuū
flāmis obijciēs: ignem excuſſit: ſtatimq̃ extin-
ctus focus monaſterium omnino indēnem reli
quit. ¶ Puer quoq̃ in fonte necatus: ipſius me
ritis ſuſcitatur: ⁊ alia multa miracula ad eiꝰ tu
mulum demonſtrantur: vbi in ip̄o monaſterio ſe
pulta venerantur. Quieuit autem in pace deci-
mo ſexto kalen. aprilis.

¶ De ſctō alexādro ep̄o ⁊ mar. Cap. ccvi.

ALexāder epiſcopꝰ
et martyr apud ceſareā paſſus
eſt. De quo in. vi. libro eccleſia
ſtice hyſtorie ſcribitur: ꝙ de
cappadocia ⁊ propria ciuitate
ſanctorū locorū viſendorū cau
ſa hieroſolymā veniēs: diuina reuelatione eiuſ-
dem loci gubernacula ſuſcepit. Nam cum nar-
ciſſus hieroſolymorū ep̄s eſſet annorū. cxvi. et
propter nimiā ſenectutē cure paſtorali intēde-
re nō poſſet: voce de celo prolapſa: vt om̄es ci-
ues eidem hieruſalē veniēti occurrerēt: ⁊ ip̄m
ſuum vna cū narciſſo ep̄m ordinarēt: a pp̄lo ho
norifice ſuſceptus: ⁊ factꝰ eſt narciſſo coadiu-
tor: ⁊ eiuſdē poſt obitū ipi ſucceſſor. Poſt hec
romā venit ad apoſtolorū limina viſitanda. Re
uerſus autē hieroſolymā ſub perſecutiōe decij
ductus eſt ceſareā. Et dum diebus multis: mul
to ferri pondere vinctus: de carcere ad tribuna
lia iudicis: ⁊ inde ad carcerē duceret: inter ipſa
ſibi viciſſim ſuccedētia tormenta defecit. Atq̃
ob confeſſionem xp̄i martyriū cōpleuit. xv. kal.
aprilis. Hic ad eccleſiā antiochenā: cuiꝰ regi-
mini primo prefuerat ſup pacē eccleſie vnā ſcri
pſit epiſtolā. Ad aronitas vo aliā p clemētē pſ-
byterū alexādrinū. Itē ad origenē ⁊ p origene:
contra demetrium aliā. Sed alie eiuſdē ad di-
uerſos ferunt epiſtole: vt dicit Hieronymus li-
bro de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Johāne abbate. Cap. ccvij.

IOhannes abbas
magne ſanctitatis vir de ſyria
oriundus peruenit italiā. Su
ſceptuſq̃ hoſpitio a deuota
matrona apud vrbem penna-
cenſem reſedit. Et ab angelo
monitꝰ: locū ſue habitationis ſub quadā arbo-
re ꝓpe eādē ciuitatē elegit. Sub qua dū mēſe
decēbris quieſcere cepiſſet: arbor repēte inuſi-
tato imbris tp̄e flores ꝓtulit ⁊ frondes. Quod
vbi a venatoribus illac trāſiſantibus cōpertum
eſt: viſoq̃ miraculo: ⁊ cognito ꝙ ſeruus dei eſ-
ſet fama ipſius circūquaq̃ delata eſt: vnde a io-
hāne ſpoletano ep̄o viſitat: ⁊ ab eodē ſibi iuxta
dictā arborē cenobium fabricatur: vbi per an-
nos. xliiij. congregationi ſanctorum multorum